



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXIX. Markgraf Ludwig gestattet seinem Hofrichter Gercken Wolf, dem Domstifte zu Soldin eine Hebung zu vereignen, am 14. Dezember 1349.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXVIII. Markgraf Ludwig gewährt denen von Kerkow Ersatz für erlittene Kriegsschäden,  
am 4. Dezember 1349.

Eodem anno, die et loco Dominus locat Ebellino de kerkow pro dampnis suis et seruicij pactum XVII manforum in villa Golnitz tam diu tenendum et habendum, quouique Dominus se cum eodem et heredibus suis ad iustam rationem composuerit et conformabit. In cuius etc. Testes Swartzeburg, Lochen, Bombrecht, Hen. de Vchtenhagen etc.

Item dominus contulit dicto Eluerick de kerkow ratione dampnorum perceptorum in seruicio domini ad XXX marcas argenti precariam et seruicium curruum villarum Newgardhen, Petzenick, ad septem frusta se extendentem annuorum reddituum. Eciam dominus poterit redimere quodlibet frustum pro IIII marcis. Actum Soldin, Anno ut supra.

Aus dem v. Hachwitz'schen Copialbuche.

XXIX. Markgraf Ludwig gestattet seinem Hofrichter Gercken Wolf, dem Domstifte zu Soldin eine Hebung zu vereignen, am 14. Dezember 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. honorabilibus viris, dominis decano, preposito et capitulo ecclesie collegiate in Soldin, diocesis Caminensis, ad instantem petitionem fidelis nostri dilecti Gerkini Wulff, curie nostre iudicis, permisimus et permittimus per presentes appropriare et donare seu dare iusto proprietatis titulo IIII frusta reddituum annuorum, ad dictum capitulum perpetuis temporibus percipienda, que ex nunc ut ex tunc ipsi capitulo presentibus damus, donamus et appropriamus, ubicunque eadem IIII frusta predictum capitulum in nostro principatu Marchie duxerit comparanda etc. In cujus etc. Testes Swartzburg, Lochen, pincerna, Gerkinus Wulff, Henricus Senior, Halso junior, Henricus de Vchtenhagen cum ceteris. Datum Berholt in campis, Anno MCCCXLIX, in crastino sancte Lucie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 126 und dem v. Hachwitz'schen Copialbuche.  
NB. Der Ausstellungsort ist wohl Bergholz bei Köcknis.